



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Consitutio quid? qui constitutiones ferre possint? an summus Pontifex in ferendis constitutionibus, à consensu Cardinalium suorum dependeat? an Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, inconsulto ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

ratus. Alii exhumati. Sedebat tunc
in Cathedra Petri Clemens V. Quo
in scio, Vicarius Ecclesiæ Tarraco-
nensis sede vacante ejusdem Eccle-
siæ, executionem fecit. Quæritur an
legitimè? Resol. pete ex n. 2.

1. *Constitutio* propriè ac pressè sum-
pta est Jus quod vel summus Pontifex, vel
Imperator, vel Rex, vel alius Supremus
Princeps constituit vel edixit *Gregor. Tho-*
los. Paratit. Iuris Canonici: 1. Tit. 2. cap. 9. &
Can. constit. Dist. 2. undè Ecclesiasticas
constitutiones ferre potest summus Pon-
tifex per potestatem Legislativam, quam
à Christo immediatè accepit. *Matth. 16.*
Joan. 21. neq; in eius potestatis usu à con-
silio vel Cardinalium consensu dependet,
cap. cuncta 9. q. 3. quanquam in arduis Ec-
clesiæ negotiis regulariter loquendo iis
non consultis nihil statuat *Felin. in Rub. de*
constit. n. 2. Episcopi in suo Episcopatu le-
ges ferunt, *cap. 2. de maior. & obed: manan-*
te potestate non à Christo, sed à Pontifice
tanquam primo fonte *Can. ita Dominus,*
dist. 19. quæ leges ut valeant, neque Juri

communi, neque Pontificiis constitutionibus repugnant oportet; *Colligitur ex cap. 1. & 2. de Reliq. & Ven. Sanct.* sed neque de gravioribus rebus inconsulto Pontifice constitutiones condere poterunt Episcopi, ut sunt, quæ ad universalem Ecclesiam ex se pertinent, qualis est v. g. Canonizatio Sanctorum, definitio veritatis, fidei, revocatio privilegii universalis, translatio, unio & divisio Episcopatum; *cap. 1. de Transl. Episcopi.* quamvis in necessitate circa casum aliquem particularem in Jure communi dispensare possint: *Salas. disp. 8. de leg. sect: 6. n. 40.* cæterum licet ad condendas leges Cleri aut Capituli consensu non egeant, bene tamen pro alienandis Ecclesiæ rebus *cap. quantum de his que fiunt sine consensu Capituli à Prelato & pro statuendis festis consensus Cleri aut etiam populi requiritur cap. ultimo de ferijs.* ex quibus casibus non esse desumendum argumentum ad alios casus docet *Panormitanus de off. delegati.*

2. Archiepiscopi in Concilio Provinciali, Cardinales in Ecclesiis sui tituli, Abbates exempti, aliique Prælati Jurisdictionem